

1484. 28. Jan. 20.

Ex Orig. Arch. Regni.

199.

Consensus Casimiri regis Anna Woy-
narowska eximendi oppidi Czeszkowice de
manibus Eleazari Rozen.

68

Casimirus Dei gratia rex Poloniae, magnus
dux Lithuanie, Russie, Prussiaeque Domi-
nus et heres. Significamus tenore presen-
tium, quibus expedit universis, quia ad
intercessionem magnifici Jacobi de Dam-
buc castellani et capitanei Cracoviensis no-
bis sinceris dilecti, nobili Anna Woyna-
rowska, oppidum nostrum Czeszkowice
in districtu Rzeszensi situm de manibus
nobilitatis Eleazari Rozen de Chasna ipsius
oppidi tenitarii in ea summa vel summis
in qua vel quibus eidem Eleazaro et suis
posteris, oppidum prefatum per nos aut
antecessores nostros extat legitime obliga-
tum et inscriptum, eximendum, et redimen-
dum dedimus, et concessimus, damusque
et concedimus tenore presentium mediante.
Ita tamen pro summa, quam ipsa Anna
Woynarowska, eidem Eleazaro Rozen dede-
rit summam capitalem in literis nostris, seu
antecessorum nostrorum contentam non exco-

80
non excedat per ipsam Annam Woyna-
rowska et suos successores, cum eo iure
quo dictum oppidum Czeszlowyce idem
Elezar Rozew tenuit et possedit, tenen-
dum, habendum, possidendum, uti fruendum,
prout ipsi Anna sueque posteritati uti-
lius videbitur expedire. Tandem et quousq[ue]
summa in literis nostris aut antecessor[um]
nostrorum contenta, in qua predictum op-
pidum Czeszlowyce per prefatam Annam
de manibus iam dicti Elezari redemptu[m]
fuerit per nos vel nostros successores iam
dicta Anna Woynowska vel eius legitimi-
nis successoribus persoluta Dataque fuerit.
Qua quidem summa soluta, usus, domini-
um et proprietar[um] sepefati oppidi ad no-
stros successores et ad nos redibit et rever-
tetur pleno iure, iuribus nihilominus no-
stris regalibus per omnia semper salvis.
Hanc sigillum nostrum est appensum te-
stimonio literarum. Datum in conventiono
Sublinensi feria quarta ante festum catho-
dre beati Petri Apostoli anno Domini 1484.
Przeslaus Cancellarius.

Relatio Abbi Przeslai de
Kurozwanky Decani pro
R. D. D. Cancell.

Ta kopia wypisana z originatu par-
gans annihid 1785 roku. D. 30 April.
od ktorego oderwana jest pieczęć.